nichilu vsp deduxit. vt in bruta  
lis lapsus cecitatis occasum il  
lud ho: rendu audire mereretur  
opprobriu. homo cum in hono  
re esset non intellexit comparatus

**C**est iumentis insipientibus et si  
nilis fact' est illis. ps. xlir. Sed  
**I**pse queso dilectissimi quali  
ter homo iste sic cecus. sic erra  
bundus. sic denius. sic delirus  
sola sui creatoris misericordia.  
ad via reducitur veritatis. Vi  
dens enim misericors deus homi  
ne quem plamauerat sic dñabili  
ter aberrare. nouā euangelice  
legis doctrinam a regalibus ce  
li sedibus in terrā misericordi  
ter delegauit: et per eam edo  
ctus homo ab erroris denio re  
siliret. et quem diu neglexerat  
suum recognosceret creato: em  
hec siquidem est doctrina pe  
netrans ut gladiis. conterens  
ut malleos. ardentes ut facula. ru  
stillans ut lucerna. que yeint gla

dius omnium errorum abscedit  
zianias. Que velut malle' here  
ses interemit vniuersos. Queve  
lut facula nro fasciculos crimi  
minū caritat' feruore comburit  
Que velut lucerna p nocturna  
mudi hui' filetta lumē cōmean  
tibus exhibet ne pedē suū ad las  
pidē erroris exul ho: tperegrin'  
offēdat. De qua optas. ppha di  
cebat. Lucerna pedibus meis  
verbū tuū. et lumē semitis meis  
ps. cxvii. homo igit' dū ad hāc  
doctrinā nouā conuertit intui  
tum ab erroris somnio excitat  
Szturbato adhuc oculo ratio  
nis a tante victus sublimutatis  
excellentia in administrationē  
rapitur: et in admirative qstio  
nis cogitur prouumpere vba di  
cens. Que nā doctrina hec nos  
ua: q fuit questio vris pposita  
reuerentis a principio. Ad quā  
quidē questionē sicut alias di  
cebat magister setētiaz in qua  
dripartito huins libu volumi  
ne sub quadruplici conclusione  
respondet. ¶ Prima est q hec  
doctrina p quā summa dei my  
steria secretis reuelant in pri  
mo. ¶ Secunda est q hec doctri  
na per quam nouā mundi vesti  
gia subtilius declarant in secū  
do. ¶ Tertia est. q hec doctrina  
per quam mira verbī cōmertis  
sublimius reserantur in tertio  
¶ Quarta est. q hec doctrina p  
q quā pia lapsis remedia suauis  
us ppinantr: in quarto. Per  
ipsam nāq reuelantur secreti  
velata mysteria summe trinitatis:  
quo ad primum. per ipsam  
declarātur subtilius creata ves  
tigia nouē entitatis: quo ad se  
cundum. per ipsam reserantur

In primis sententiis. folij

substantia secreta cōmertia mi  
recharitatis: quo ad tertium. per  
ipsam p̄pinantur suauius obla  
ta remedia pie sanitatis. quo ad  
quartum. Nā in hoc quadriparti  
to sententiālibro tractat ma  
gister quadruplex xpi noue: et  
euangelice legis archanū euā  
geliste Johi diuinit⁹ inspiratus  
Johis.1. ¶ Primū est q̄ in prici  
pio erat v̄bū: r̄verbū erat apud  
deū: et de⁹ erat v̄bū. Qd̄ ē bē tri  
nitatisū mīsteriū i p̄mo libro  
¶ Secundū est. q̄ officia per ip̄z  
facta sunt et sine ipso factum est  
nichil. quod est create entitatis  
nouū vestigium. in secundo libro.  
¶ Tertiū est. q̄ verbū caro fa  
ctum est. quod est diuine chari  
tatis mirū cōmertium. in tertio  
libro. ¶ Quartū est. q̄ habita  
uit in nobis et vidimus gloriaz  
eius. quod est humane sanitatis  
pium remedium. in quarto.

Sic igitur per hanc doctrinam  
altius erigitur humanus psp-  
ctus: qua ad primū. Dulcis in-  
struitur human⁹ aspectus: quo  
ad secundum. Rectius dirigitur  
humanus pfectus: quo ad ter-  
tium. Vitius corrigitur huma-  
nus defectus: quo ad quartum.  
Nam magister in hoc sententia  
rum libro correspondenter ad  
premissa aderigendū pspectum  
hominis agit de cognitione dei  
perfecti lumenis: in primo. Ad  
instruendum aspectū hominis agit  
de creatiōe mudi effecti gerini-  
nis: in secundo. Ad dirigendum  
profectum hominis agit de cō-  
munione verbi affecti numinis  
in tertio. Ad corrigendum defe-  
ctum hominis agit de curatio-  
ne lapsi infecti hominis; in quarto.

The sunt igitur quattuor consi-  
ciuntes ad p̄pōsiūā q̄stionē re-  
sponsales: quas maḡf iniarum  
pertractat. De qua p̄ sc̄da nūc so-  
lū dicēdū est reseruatis alijs suis. Sc̄da cō  
is locis. Sc̄da igitur p̄clusio clusio ge-  
st̄ t̄ huic sc̄do libro inīaz corre-  
spōdēt: q̄ hec est doctrīa p̄ quā  
noua mūdi vestigia subtili⁹ de-  
clarant̄. Per ip̄az em̄ declarant̄  
subtili⁹ creat vestigia. noue en-  
titatis. Nā in hoc sc̄do inīaz li-  
bro tractat maḡf illud doctrine  
xpi noue t̄ euangelice legis ar-  
chanum euāgelistē Johanni di-  
uinitus inspiratū Johannis. i.  
Omnia per ip̄m facta sunt t̄ si-  
ne ip̄o factū est nichil. Quod est  
create entitatis nouū vestigiū.  
Ubi quoq; videte carissimi cir-  
ca vestigiū noue entitatis quat-  
tuor subtilius declarari. C p̄t-  
tūm est vniuersorū productio.  
Quia oīa per ip̄m t̄c. C Secun-  
dum est p̄ductorū creatio. quia  
per ip̄m facta sunt. C Tertium  
est creatorū auersio. q̄i factū est  
nichil id est p̄ctū. C Quartum  
est auersorū cōditio. q̄i sine ip̄o  
factum est nichil. Teste sīqdem  
beato Augustino peccati p̄ditio  
est q̄ sicut videlicet ipsū nichil  
est: sic a deo factum non est. hec  
est em̄ secundi libri sententiarū  
principalis materia t̄ sententia  
generalis. Sic igit̄ per hanc do-  
ctrinam dulcius instruitur hu-  
manus aspectus. Nāz maḡf in  
hoc secundo ad instruendū aspe-  
ctum hominis agit de creatiōe  
mundi effecti germinis. ostens-  
dens q̄stum ratio capit huma-  
na. qualiter ex mundi creatio-  
ne intelligatur creator omni po-  
tentis. ex conseruatione omni fai-

## Principium

C iens ex dispositione omni sapiens ex regimie prouidus ex pulcritudine perfectus: ex magnitudine sempiternus. Sed inutile cereo ut per plura discurrant<sup>9</sup> cum omne quod apparet in universo mundo a sumisq[ue] deorsum: et quod quid est bonitatis in universo serie scloz non aliud sit q[ui]vestigium tenuissime sp[irit]uationis: et velut umbra dissimilis apparitionis abissalis illius bonitatis: quia nec consequitur loquela: nec attigit cogitatus. Hec est itaq[ue] secunda de conclusionis sententia hec est huius secundi libri sententiarii doctrina per quam homo ex aspectu creaturarum instruitur in qualibus noticiam creatoris per quam ut verbo apostoli utar in uisibilia dei a creatura mundi facta sunt intellecta conspicuntur. Semper eterna quoque virtus eius divinitas Roma. i. Ad cuius cognitionem perfectam nos pervenire coedat. Qui sine fine vivit et regnat Amen.

**D**ux iuxta thema collationis. In primo principio meo tale founavi titulum quod stiois. utrum doctrina Christi noua sit lex perfectissima. Et quod perfectio legis Christi ex quattuor potest specialiter declarari. **C** primo ex perfectione preceptorum que a ipsa imbutur. **S**econdo ex perfectione credendorum que in ipsa docentur. **T**ertio ex perfectione meritorum que sub ipsa habentur. **Q**uarto ex perfectione primorum que ex ipsa debetur. Ideo iuxta hec quattuor puncta titulus pposite questionis divisius fuit in quattuor titulos partitios circa quattuor libros sententiarum pertractandos. **P**ris-

mus est utrum lex Christi sit in predictis rectissima. **S**ecundus utrum lex Christi sit in creditis certissima. **T**ertius utrum lex Christi sit in meritis gravissima. **Q**uartus utrum lex Christi sit in premijs instansima. Unde sub his quattuor titulis i quatuor libris suis principiis quatuor difficultates pposui pertractare. **P**rima est de legis Christi et diuine voluntatis recta consonitate. **S**econda est de legis Christi et suae veritatis certa probabilitate. **T**ertia est de legis Christi meritoria credulitate. **Q**uarta est de legis Christi premiaria equalitate. Expedito igitur primo titulo in primo principio restat expedire secundum. **Q**uestitur ergo. utrum lex Christi sit in creditis certissima. Et arguitur primo quod non. Quia illa lex non est in creditis certissima que docet credere illa quod sunt contra rationem. et quorum opposita sunt consona rationis: sed lex Christi est huiusmodi: igitur et ceterum. Maior probatur: quod lex certissima debet esse probabilis et rationis consona. Sed minor probatur: quia lex Christi docet credere unam sententiam simplicissimam esse tres res: et quamlibet illarum unam. et eandem personam esse hominem et deum. unam rem individuam est in pluribus diversorum locorum distantium et alia multa que apparent manifeste contraria rationem: et quorum opposita apparent consona rationi. Ideo dicit apostolus. quod fides est speradaplex rerum: argumentum non appareret. hebreus xi. quare et ceterum. **S**econdo arguitur sic: quod lex illa

L

f

ii. q[uod] solum  
Af. i.

In

A

De  
q[ui]

# In secundū suū arum.

fo. līs.

non est in credēdis certissima q̄ docet credere aliqd quod nō est firmiter tenēdū. Et cuius oppositū est p̄babiliter asserēdū. S3 lex xp̄i est hm̄oi. Iḡt ec. Maior p̄z. sed minor: p̄atur: q̄ lex xp̄i docet credere q̄ voluntas diuina est lex seu regula simpliciter p̄ma sicut declarauit in primo principio meo: et tñ istud non est firmiter tenendum: imo oppositū est p̄babiliter asserēdū sicut declarauerunt plures patres/ et magistri mei reuerēdi qui cōtra me in suo p̄mo principio oppositū tenuerunt: vt infra patebit. iḡt ec. In oppositū arguit per Augustinū in libro de fide ad petrū. vbi de qualibz v̄itate legi xp̄i dicitur. firmissime tene: et nul latenus dubites. per hoc docēs q̄ lex christi est in credēdis certissima et firmissime v̄itat̄. ¶ In ista q̄stione iuxta matiazduorum argumentorū aīi oppositū duo erūt articuli. p̄mū erit positius/ et r̄fisiūs ad p̄ncipale q̄stū. Sc̄ds erit collatiūs/ et r̄fisiūs ad secundū argumentum. ¶ Dimisso aut̄ pro nūc p̄mo et principali articulo de quo alias videbitur: solum dicam de sc̄do in quo q̄ritur: vtrū voluntas diuina sit lex seu regula simpliciter p̄ma. Et quantū ad istum articulum soluz recitabo illa que declarauit in p̄mo principio meo: et que arguerunt reuerendi patres et magistri mei cum q̄bus indignus cōcurro. dicta mea p̄ posse a contradictione probabilit̄ defendendo. Unde in hoc presenti actu solum intendo cōferre cum illi magistris: qui in p̄mo principio me impugnarent

et. cū alijs q̄s in primo p̄ncipio impugnauit i alij p̄ncipijs colaturus. ¶ Prima igitur p̄positio est q̄ voluntas diuina est lex seu regula obligatoria in genere legis obligantis simpliciter p̄ma. ¶ Secunda est q̄ voluntas diuina est lex seu regula obligatoria alicui rei: quia vult ipsaz ad aliqualiter esse vel non esse tene ri: et iste fuerunt due principes conclusiones in primo principio meo responsales huic articulo. ¶ Tertia p̄positio est 3. p̄positio. q̄ impossibile est aliquam rem obligari ab aliquali lege: et non sic obligari a diuina voluntate. ¶ Quarta est q̄ possibile est aliquam rem obligari a diuina voluntate: et non ab alia lege: et iste sequuntur ex prima. ¶ Quinta p̄positio est q̄ omne peccatum est commissio vel omissione contra legis prohibitionem vel preceptum. ¶ Sexta est q̄ nullum ē ex se peccatum: sed precise: quia lege prohibitum et iste sequuntur correlative ex supradictis ec. Oppositum tamen predictarū propositionū quas ego posui et probavi in primo principio meo tenuerunt aliqui reuerendi patres et magistri mei. Unde conferendo cum eis tenebo ordinem quem materia erigit: et secundum q̄ predicte propositiones in se mutuo consequuntur. ¶ Igitur contra p̄mā p̄positionem arguit frater Jacob⁹ ec. Et probavit tria dicta. ¶ P̄misū q̄ voluntas diuina non debet proprie dici lex seu regula. ¶ Secundū q̄ voluntas diuina nō sit sumpl̄ p̄ma lex seu regla. ¶ Tertiū q̄ p̄ ratioes meas nō

In 2̄riū

A  
De cōf  
q̄stionis

Cōferē  
tia.

## Principium;

sufficienter probatur illa ppositio prima. Ad primum arguitur tripliciter. Primo quod voluntate divina non primo est rectum ut omnia sint ordinatissima. igitur eccl. pna tenet: qd a fm Augusti. i. de libero arbitrio. Lex prima et eterna est qua iustum est ut omnia sint ordinatissima. Et ahs probat quod omne quod iustum et rectum est a rectitudine rationis prima iustum et rectum est ergo prius est iusticiam et rectitudinem rationis esse et per hys prius est rationem et legez esse quod voluntate. Secundo sic. esse summa ratione per prius conuenit intellectui quod voluntati. ergo esse est summa legem. tenet pna per Augu. vbi supra dicentem quod lex eterna est summa ratio cui semper obtemperandum est. et ahs apparere: quod conformiter se habet electio ad voluntatem tam ratio ad intellectum rc. Tertio sic. minus proprie appropriatur summa intellectui bonitas. igitur et summe voluntati veritas: et per hys est legem eternam. tenet ultima pna per beatum Augusti. in de vera religione dicentem quod apparent supra mentem nostram legez esse eternam que veritas dicitur. Et assumptum probatur: quod quodlibet obiectum unius potentie minus proprie assignatur alteri potentie sibi non subordinante. Sed sic est quod bonitas est obiectum adequatum voluntatis et veritatis intellectus: igitur rc.

**C**ontra rationes prima facie sunt apparentes. sed ad repellenduz causam apparentie et ostendendo causam defectus ponuntur.

tra istu reuerendu prem quattus ppositioes. **C**ontra ppositio e. i. proprius voluntas divina et divinis intellectus seu ratione sunt omnis modis idem: sed distinguuntur formaliter et realiter. nec distinguitur inter se aliqualiter. Ad declarationem autem huius permitto quatuor regulas. Prima est quod nunquam aliqua positio est procedenda nisi cogente fidei auctoritate: cuius opus positum appetit evidens circumscribita fidei unde potest quod nulla positio ita difficultis ad sustinendum sicut positio de trinitate est concedenda: nisi cogente fidei auctoritate. Secunda est quod nunquam sillogismus expositorius debet regari nisi ubi cogit auctoritas fidei. Tertia est quod nunquam debet concedi aliqua contradictionia de eodem verificari etiam in positio de trinitate ad quod cogit auctoritas fidei. Quarta est quod nunquam debet concedi aliqua contradictionia verificari de terminis supponentibus per eodem queritibiliter contradictione regulariter per quod seu alio modo equarent. per ex supradictis. Et iste regule possunt declarari: si eas suppono: quod nullus amator veritatis debet eas negare. unde qui eas negant magis sunt cachinno irridendi quod argumento rebrogandi. sicut diffuse alias declaravi. Ex his probatur ppositio. Primo quia positio concedens quod voluntas divina et intellectus divinus seu ratio non sunt omnibus modis idem: sed distinguuntur formaliter est ita difficultis ad sustinendum sicut positio de trinitate.

# In primū sententiarum. fo. xv.

tate uno difficilior: qz ita difficile vel difficilius ē imaginari qz plures formalitates sint eadez res: sicut qz plures res sint eadē essentia. qz in imaginabile est qz sit aliqua nō idētatis sine distinctio nis nisi pluriū distinctorū. si ma ginabilis ē pluralitas nisi rerū vñ videt p̄babile. qz si ecclia mi norē nō idēritatē siue distinctio nem potuissest imaginari qz rea lem illā ad min⁹ apparēter ob viandū diuine simplicitati. dñni nis personis attribuissit. Cum igitur ad ponēdū tale distinctio nem inter voluntatem et intellectū non cogat fidei auctoritas. sed omnia tradita in scriptura sacra et determinatione ecclie possint saluari nō ponendo eā. immo eā non ponere magis cō sonet diuine simplicitati. sequit̄ per primā regulā qz talis nō sit ponenda quare r̄c. et habetur p̄ positum r̄c. Secūdo arguit ex p̄positorie sic et voluntas diuina est omnibus modis idem voluntati diuine. hic intellectus diuinus est hec voluntas diuina. ergo hic intellectus diuinus ē omnibus modis idem voluntati diuine. premisse sunt vere. et consequentia est sūlogismus expositorius: qui non debet negari in proposito. sicut pater per secundam regulam. igitur r̄c. Tertio Voluntas diuina et diuinus intellectus sunt idem et ista predicata sunt contradictoria scilicet esse idem formaliter voluntati diuine. non esse idem formali ter diuine ergo non debet concedi de voluntate diuina et intellectu diuino sicut patet per secundam regulam r̄c. Quarto

Quicquid est voluntas diuina est intellectus diuin⁹ et ecōtra. Igitur de ipsis nō debet cōcedi p̄ dicta contradictionia sicut patet p̄ quartā regulā: et per p̄sequens apparet p̄via p̄positio p̄busta. C Secunda p̄positio est qz q̄c quid ex natura rei conuenit diuine voluntati conuenit et diuit no intellectui. Ista patet ex predictis et specialiter ex tertia et quarta regulis. Aliter em̄ p̄dicta contradictionia verificerētur de eodem. C Tertia p̄positio est qz si intellectus diuin⁹ est lex seu r̄la obligatoria etiaq; voluntas diuina: et e contra. p̄ ex predictis etiam arguendo ep̄positorie. Et ideo patet qz dict⁹ reue. pater in suis ratiōib⁹ assūnit multa falsa. Unde p̄vio falsum est quod assūnit in prima ratione. sc̄ qz prius est iusticiā et rectitudinē ratiōis esse. qz iusticiam et rectitudinem voluntatis esse. et qz prius est rationē legis esse qz voluntatis. qz ratio diuina et voluntas diuina sunt penitus idē. et quicquid ex natura rei conuenit rationi: cōuenit voluntati r̄c. Secūdo falsū est qd̄ assūnit in secunda ratione scilicet qz esse summa rationem per prius conuenit intellectui qz voluntati. quia ita proprie et de virtute sermonis rerum est qz voluntas diuina est ratio summa sicut qz intellect⁹ diuinus est ratio summa cui s̄c̄ per obtemperandum est r̄c. Tertio falsū est quod assūnit in tertia ratione. scilicet qz bonitas noc est obiectū intellectus diuini. nec veritas obiectum voluntatis diuine. quis quicquid

M q. prop̄

B iij. ppō.

## Principium.

est obiectum huius est obiectum ille. ¶ Quarta ppositio non obstantib⁹ predictis est ista. quod secundum modum loquendi sc̄torum et doctorum magis proprie appropriatur voluntati diuina esse legem obligatē quam intellectui diuino. Ita quod hec est de per se vera. voluntas diuina est lex obligatoria. et non hec intellectus diuinus est lex obligatoria. Et ratio. quia sicut modus loquendi doctorum est quod voluntas diuina est causa effectiva rerum / et non intellect⁹ ex eo. quia quicquid voluntas vult est vel fuit. et non quicquid intellectus intelligit. ita in proposito quicquid voluntas vult obligari obligatur et non sic de intellectu. Unde hec consequētia est bona voluntas diuina vult sortem obligari ad alia. ergo sortes obligatur. et ideo ista est per se vera. voluntas diuina est lex obligatoria. et non ista intellectus diuinus est lex obligatoria. quis utraq sit vera. quare rē. ¶ Ad secundum principale probandum arguit dict⁹ reue. pa. sic quia ab omni lege simpli citer prima omnis alia derivatur. sed a voluntate diuina non oīs alia lex derivatur. igitur rē. Maior patet. quod a primo in uno quoque genere omnia alia eiusdem generis derivantur. et minorem ipse probat de legibus negatiuis que non emanant a diuina voluntate. sicut est ista. non furtum facies. Tum primo. quia si diuina voluntas non esset adhuc non facere furtum esset. Tum secundo. quia non furtum facere non habet rationem entis. igitur nec boni nec volibilis.

Tum tertio: quod talis negatio non est obiectum diuine voluntatis. nam pari ratione quilibet alia negatio est obiectum diuine voluntatis quam re. Aliquas alias rationes facit dict⁹ reverend⁹ pater. quod causa breuitatis dicitur. quod possunt soli sicut iste omnino pari modo. Unū breviter ad istā dico negando minorē. Et ad primā probationem dico quod ad impossibile sequitur quilibet ideo si diuina voluntas non esset. non furtum facere esset. et non esset. quare patet quod istud nichil facit omnino ad propositionem. sicut p̄t̄z cuiilibet intentiū rē. ¶ Ad secundā probationē dico quod ista lex non furtum facies habet rationē entis. et boni et volibilis cum sit lex bona. et iusta et a deo data: nec oppositus h̄z aliquā apparentia. ¶ Ad tertiam dico quod ista lex non furtum facies est obiectum diuinitatis. nec ē in conuenientia quod negatio sit obiectum diuine voluntatis. aut intellect⁹ diuinus. Alter enim intellectus diuinus non intelligeret aliquam veritatē negatiū. quod est absurdum. quare patet quod rationes huius reverendi patris non concludunt. ¶ Quantū ad tertium principale in quo ipse probat rationes meas esse insufficientes ad propositum sciendum est quod in primo principio meo primā propositionem supradictam probavi tripliciter. Primum ex tribus propositionibus preambulis. Quarū prima est. quod inter leges obligantes una est lex. simpliciter prima. Secunda quod nulla lex creata est lex simpliciter prima. Tertia quod sicut attribuit voluntati diuina esse primā causā efficientē

## In secundū sententiarum. fo. xvi

Sic attribuēdū est idē eē, primaz legē obligātē. Nā sicut primaz est pfectiōis sic et fm. quare rc. Unū scđm Augu. xxij. cōtra ffaūstum. lex eterna est diuina mens seu voluntas ordinē naturalem seruari iubens: turbari verās. Sz nulla lex est prior voluntate diuina igitur rc. Ad istas autē rōnes respōdet re. pa. Unde ad pri-  
mā negat q̄ inter leges obligātes sit vna simpliciter prima nisi loquēdo de plementitate institutionis: et negat q̄ nulla lex creata est simpliciter pma loquendo de eadē plementitate institutionis. Sz ista respōsio nō valet: q̄ sicut inter causas efficiētes ē vna nō creata. sic iter leges obligātes est vna non instituta. et si-  
cūt causa nō creata est cā efficiēns simplicif prima: sic inter le-  
ges lex nō instituta est simpliciter prima: et illa est voluntas diuina. et nō est aliqua lex creata.  
Qd pbaſ sic: q̄ sicut nulla res creata habet ex se potentia cauſandi: sic nulla lex creata hz ex se potestatē obligandi. Nāz sicut dicit apls ad Ro. xiiij. Nō ē p̄tās nisi a deo. igitur sicut sola diuina voluntas est prima causa inde-  
pendēs in cauſando. sic ipsa est prima lex independens in obli-  
gando: quare rc. Ad scđaz rōne respōdet q̄ esse legem obligan-  
tem nec dicit perfectionem / nec imperfectionē. Unde non furtū facies esse legem nec dicit per-  
fectionē nec imperfectionē: nec diligēs dñm dñm tuū rc. dicit per-  
fectionē vel imperfectionē. licet diligere dñm super ola sit ali-  
cuīs pfectiōis. Sed ista r̄fīsio  
nō est mihi intelligibilis. Item

ex hac ratiōe sequit q̄ staret ra-  
tionalē creaturā obligari ab  
aliqua lege: et nō obligari a diu-  
na voluntate: vt patet satis: igi-  
tur rc. ¶ Ad tertīā rationē que  
est auctoritas Augustini r̄fīdet  
q̄ obligare varie cōpetit legis  
conditor: et ipsi legi. Nāz legis  
conditor obligat principaliter/  
et effective. seu auctoritatine. sed  
lex ipsa obligat virtualiter / et cō-  
secutīve: et ideo nomē legis alī  
quando transſertur ad signan-  
dū institutore legis. Et per hoc  
dicit q̄ hec ē falsa de virtute ser-  
monis: voluntas diuina est lex  
eterna: sed hec est vera. volūtas  
diuina est eternus cōditor legis  
quare rc. Sed tñ hec responsio  
non valet: q̄ absolute staret q̄  
volūtas diuina aliquā creatu-  
ram obligaret: et tñ nullā legem  
institutā conderet. Nam ex hoc  
solo q̄ diuina volūtas vult ali-  
quā creaturā ad aliquid obliga-  
ri sequitur illā creaturā obliga-  
ri absq̄ hoc q̄ oporteat aliquāz  
legē institui: et tñ non stat crea-  
turam obligari sine lege obligā-  
te igitur voluntas diuina pro-  
priissime est lex obligatoris rc.  
Et hec sunt dicta contra istū re-  
uerendum patrem rc.

¶ Contra secundaz propositio-  
nem arguit magister Egidius  
rc. et circa hoc tria facit. Unde  
primo arguit me de improprie-  
tate sermonis. quia in secunda  
conclusionē p̄imi principiū pos-  
sui q̄ sicut diuina voluntas est  
causa efficiēns quia vult aliqd  
esse vel fieri. sic ipsa est lex obli-  
gatoria quia vult aliquid ad ali-  
qualiter esse vel non esse teneri.  
Et lūmitati sensum secunde

Cōferen-  
tia scđa.

## Principium

partis dicendo q̄ l̄ illa sit vna p̄  
positio causalit̄ p̄ p̄t denotare  
antecedētis ad cōsequētis cau-  
salitatē p̄p̄t: vel ipsoz cōverti-  
bilitatē p̄ cōsequētiā mutuā. tñ  
quicqđ sit de primo sensu nihilo  
min⁹ in sc̄do sensu volui intelli-  
gere ipsaz. Un̄ cōtra istū p̄cessū  
instat nimis multis medijs / et  
quasi in idem coincidentibus et  
miro: quomodo arestat se i hoc

¶ tc. ¶ Primo igit̄ arguit q̄ pone-  
re illā causalē / et solū per illaz in-  
tendere p̄sequētē cōvertibilita-  
tē est aburi p̄positionibus. Nā  
eodem mō concederetur q̄ ideo  
volūtas diuina est obligatoria  
q̄ viator est. Secundo eodē mo-  
do cōcederetur q̄ deus est: q̄ si  
asinus volat asin⁹ habet alas.  
Tertio miraret̄ quare illo mo-  
do plus dico voluntatē esse pri-  
mā lezē q̄ intellectum cū eque  
bona sit cōsequētiā. intellect⁹ di-  
uinus dicat hūc obligari. ergo  
obligat̄. sicut de voluntate. Itē  
per talē cōvertibilitatē cōsequē-  
tie nō plus habetur q̄ volūtas  
diuina sit lex vel regula huma-  
ne obligatiōis q̄ obligatio cre-  
ata diuine volūtatis. cū eque sit  
cōvertibili⁹ p̄sequētiā ut obiq̄  
et tamen in toto p̄cessū meo vt  
dicit nihil specialius pono per  
quod volūtas diuina debeat di-  
ci lex vel regula. quare insuffici-  
enter respondeo. Nec euado ad  
difficultatē quesiti. q̄ difficultas  
est in quo cōsistit radix obli-  
gationis. Modo respondere pre-  
cise p̄ cōsequētiā illaz mutuaz  
nō sufficit tc. Sed iste instantie  
sunt sophistice et falso innitunt  
fundamento. Unde pro eidē  
repulsionē ipsaz. Sciēdū est q̄

istacōinntio qr̄ vel alia similiſ  
faciens p̄positionē causalē. ali-  
quādo significat causam effēdi  
et sic facit p̄positionē p̄prie cau-  
salē. vt cū dicitur. qr̄ sol luceſ di-  
es est. q̄ hō h̄z materiā hō ē cor-  
ruptibilis. et sic de similibus qñ  
q̄ vero talis cōfuctio nō signifi-  
cat causam effēdi. vt cū b̄. qr̄ ali-  
qua res in diuinis generat filiū.  
aliqua res in diuinis ē pater. qr̄  
creature ſunt a deo. de⁹ est dñs  
creaturaſ. Tales em̄ p̄positio-  
nes ſolent cōcedi / et tamen clarū  
eft q̄ nō denotant antecedentis  
ad cōsequens causalitatē p̄p̄t  
qr̄ ſic eſſent false vt notū eſt intu-  
enti tc. Ita eſt in p̄proſito qñ di-  
xi. hec p̄positio volūtas diu-  
na eſt lex obligatoria. quia vult  
aliquid tc. nō denotat antecedē-  
tis ad cōsequens causalitatē  
p̄p̄t. ſed cōvertibilitatē p̄ cōse-  
quentiā mutuaz. Volui em̄ per  
hoc excludere priuaz ſenſum in  
quo illa dictio qr̄ ſignificat cau-  
ſam effēdi. qr̄ ſic nihil eſt cau-  
ſa vt diuina volūtas ſit lex obli-  
gatoria. ſz p̄ hoc q̄ dixi q̄ talis  
p̄positio (ſicut ralie ſupradicte)  
ſignat antecedētis ad cōsequēs  
cōvertibilitatē p̄ p̄sequētiā mu-  
tuā. nō volui cōcludere quin ali-  
ud requiratur: ſeu q̄ hoc ſuffici-  
at ad veritatē talis causalit̄ ſed  
dico q̄ hoc requiritur / et ſufficit  
mihi ad propositū. Et ſi querat  
quid vltra hoc requiriſ: quero  
etiā idē ab eo de alijs causalib⁹  
ſupradictis. et ita faciliter respōs  
debo ſibi ſicut ipſe michi. Nec  
alīd teneor̄ respōdere: quia nō  
habeo hic tractare de veritate  
causalium niſi aliter cogat vi  
argumentoum. et et his patet

B q̄ due prime instantie nō faciunt ad propositū rc. Ad tertiam instantiam dico q̄ ipse miratur sine causa. Nam q̄uis dixerim q̄ voluntas diuina sit prima lex seu regula: non propter hoc negavi hoc de intellectu diuino: isto et primo sequitur secundus expositorie arguēdo: cum etiam voluntas et intellectus sint omnino idē ut supra probavi. Tamen quare magis appropriatur voluntati esse legem obligatoriam q̄ intellectui: supra dicti scilicet quia licet vtraq; iſtarū sit vera. volūtas est lex obligatoria. et intellectus est lex obligatoria. tamen prima est vera per se et nō secunda. Cuius rationē assignauit quia quicquid voluntas diuina vult obligari obligatur. sed non quicquid intellectus intelligit rc. Et q̄uis bene sequatur intellectus diuinus dicit hūc obligari. ergo obligatur. sicut de voluntate rc. nō tamē sequitur. intellectus diuinus intelligit hūc obligari. ergo obligatur. vt p̄t cui libet intuenti. quare rc. Ad

B quartā instantiam nego assumptum. et cum reverentia dico q̄ satis assignatur q̄ sit radix obligatiōis. Nā illa ē diuina voluntas. et illa satis explicat p̄ hoc q̄ dixi rc. nec opposituz ipse pbat. Et si aliquis doctor pfudr̄ attingat hāc materiā supplico q̄ ostēdat. Scđo dict⁹ magister p̄cipitaliter descēdēdo ad propositum agit de illa propositione ut est causalitatis proprie. et circa hoc ponit duas p̄positiones. Pri

I. ppō.

ma est. q̄ licet diuina voluntas (vt sic) nō sit quorūlibet effectuam ratio formaliter effectiva.

est tamen diuinaz rationū causaliū ad agendū ratio applicatiua. Prima pars pbaf. q̄ (vt sic) nō est quorūlibet eminēter cōtētuia. Scđo q̄ aliter nō saluareſ q̄ ipsa esset oīm rerū causa. Sed non insistendo circa p̄positionē istā q̄ non videſ mihi facere ad p̄positū. Dico breviter q̄ ē falſa. et arguo cōtra eam sic. q̄ vel ipse concedit in deo distinctionem formalē vel nō. si sic. contra hoc sūt illa que supra dixi. etiam ipsemē dixit se nō ponere talez distinctionē. Si ergo nō ponat eam patet clare q̄ illa p̄positio nō potest esse vera. q̄ in deo nō sunt plures rationes causales nec ratio causalitatis aliquo modo distinguitur a voluntate diuina. Nec est veru; quod assumit in probatione. scz q̄ voluntas diuina nō sit quorūlibet effectuam eminēter cōtētuia. q̄re rc. Ex p̄dicta p̄positione intulit contra me q̄ hec talis proprie nō est cōcedenda. q̄ deus vult aliquid esse illud est. vel quia deus vult ali quid fieri illud sit: put ly quia dicit causalitatē formalē. sed res uera istud non est contra me. q̄ bene concedo q̄ si li quia dicat causalitatem formalē. illa esset falsa cum deus ipse nullius rei sit formalis causa. S; cū hoc stat q̄ illa causalitatis est vera. put li quia dicit causalitatem efficiētem. sed contra hoc ipse arguit imponendo mihi p̄ ego posui istam regulam q̄ omnis causalitatis est falsa vbi consequens includit deum aliquid facere aut scire aut veile. sed hanc falsitatem aut potius puerilitatem nūc posui. sed bene posui istas c. l.

## Principium.

regulam q nullā ppositio caus  
salis cui cōsequēs significat tā  
q̄ significatū totale deuz velle/  
aut intelligere ē vera p̄prie. t q̄  
ppositionē p̄prie causālē intel-  
lexi illā in qua illa cōiunctio q̄ si  
gnificat causā effēdi sicut decla-  
raui. mō videat ipse si iste diffe-  
rāt. satis enim clarum est q̄ sic.  
quare tc. Secūda propositio  
sua est q̄ licet voluntas diuina  
(vt sit legis obligatiue diuine/  
ad extra obligandū) sit ratio ap-  
plicatiua. intellectus tamen di-  
uinus magis p̄ se est causa obli-  
gationis q̄ voluntas. Primā  
partē pbat ex prima ppositiōe.  
sed ipsa etiā eodemodo potest  
improbari sicut propositio illa.  
quia si nō ponatur distinctio for-  
malis non potest sustineri q̄ ip-  
sa sit vera. vt patet quare tc. S3  
secūdam partem ipse probat sic  
quia inter leges creatas magis  
de per se obligat ratio q̄ volun-  
tas. igitur ita est in deo. cōsequē-  
tia tenet per simile. t antecedēs  
probat. Patmo per vnum dictu3  
meum in quo posui q̄ habitus  
fidei infuse est perfectissima lex  
creata qui tamen pertinet ad in-  
tellectu3. igitur tc. Secundo q̄  
nullus actus dicitur rectus/ vel  
instus nisi quia principaliter cō-  
fons rationi. igitur tc. S3 bre-  
viter nego istam secundam par-  
tem. t ad probationē quicquid  
sit de antecedente. nego cōsequē-  
tiām t similitudinē. Et ratio dis-  
similitudinis p̄t assignari quia  
in deo inter voluntatē t intelle-  
ctum: aut actū voluntatis/ t in tel-  
lectus nulla est oīno distinctio.  
Non sic autem est in creatura.  
t istud posset deduci. s3 dimitto

tc. Tertio principaliter dict⁹  
magister ponit q̄ ista cōsequen-  
tia nō valet/ deus vult aliquem  
obligari ergo illū imediate obli-  
gat. quod probat multipliciter.  
¶ Primo. q̄ stat aliquid a creatu-  
ra potente obligare precipit il-  
lud non precipi a deo. igitur tc.  
sequētia tenet vt dicit p descri-  
ptionē meā de obligari. t antec-  
cedens probat quia a liter omis  
obligatio esset de ture diuino q̄  
est falsum. Secūdo aliquid est  
ciuile dominiū quod non est de  
iure diuino. igitur etiā et obliga-  
tio tc. Tertio multe sunt in-  
iuste obligatiōes. t quesūt pec-  
cata l esse obligatiōis. ergo de⁹  
illis nunc obligat. Item quarto  
si omnis obligatio esset a deo. se-  
queretur q̄ omnis obligat⁹ obli-  
gationem non adimplēs pecca-  
ret mortaliter. patet quia cōtra  
deum obligantem. Quinto ad-  
mūicem non concurrunt huma-  
na obligatio t diuina. igitur tc.  
Antecedens patz. quia perfecte  
ad aliquid obligat⁹ sc̄ obligati-  
one diuina. āpli⁹ ad illō obliga-  
ri nō p̄t sicut pfecte dñs āpli⁹  
fieri non p̄t dñs. vnde si diuine  
obligatiōi posset succedere alia  
obligatio cū illa primā nō cōfir-  
maret nec intēderet. videtur q̄  
superflueret. Itē sexto. q̄ obliga-  
re (vt videtur) aliud dicit q̄ perficere  
obligationē precise. ergo  
cum generali dei cōcursu effecti-  
tio staret ipsum nō obligare tc.  
¶ Sed contra predictaz propo-  
sitionem arguo probandoq̄ illa  
q̄na sit bona. q̄ si non tūc oppo-  
sitū cōsequētis stat cū antecedē-  
te t sic statq̄ de⁹ vult aliquē obli-  
gari t tamen illum imedi ate nō

# In secundū sententiarum: fo. xviii.

obligat. qd est falsū sicut nō stat  
q d̄ deus velit aliqd fieri et tñ illis  
immediate nō faciat. aliter diui  
na voluntas non esset immediate  
efficax vniuersaliter oīz que sūt  
vel sunt. quod est cōtra doctrinā  
nam sc̄oꝝ et ecclie. vt satis ptz.  
izif et c. Nec valent. cū reueren  
tia. rōnes suc. ¶ Unū brieuiter di  
scurrendo p eas. Ad primā dico  
q nō stat aliqd a creatura potē  
te obligare precipi pcepto iusto  
et obligatōno: et illud nō p recipi  
a deo. ideo dicit ch̄rist⁹ loquēs  
ad p̄elatos qui possunt obliga  
re subditos. Qui vos audit me  
audit. qui vos spernit me synit  
Luce. x. Ideo simul ad primam  
instantiam et secundam dico q ex  
hoc nō sequit⁹ q omnis obliga  
tio sit de iure diuino. et concedo  
q sicut est aliquod civile domi  
nium quod nō solet dici de iure  
diuino: ita etiam de aliqua obli  
gatione quia secundum modū  
loquēdi cōmūnē aliqua obliga  
tio vel aliquod dominū nō dici  
tur de iure diuino. qd sit a deo  
approbante. nam sic quodlibet  
esset de iure diuino. sed ex alia ra  
dice hoc dicitur. sicut patet ex  
his que dixi in tertia conclusio  
ne p̄imi principij: sed ea nunc  
nō recito et c. Ad tertiam instan  
tiā dico q nichil iniustum seu  
peccatum est lex obligans. sicut  
alias diri et c. ¶ Ad quartā ne  
go consequētiā quia ex hoc q  
aliiquid est cōcta deum nō infer  
tur q sit mortale peccatum. Nā  
sic omne peccatum esset mortale/  
cum quodlibet sit contra deum  
¶ Ad quintā nego assumptū. et  
ad probationē nego antedens.  
Unde dico q loquendo de per-

fectione dñi sc̄dm quid: et ingē  
quale attribuit creature. aliqd  
pfecte dñs p̄t fieri ampli⁹ dñs  
Nā eiusdē rei plures possūt esse  
pfecti dñi sicut rex et baro in ea  
dem baronia. et tñ cōstat q si in  
eandē personā cōcurrerent ista  
duo dominia ille esset amplius  
et perfectus dñs. nā sicut ostendit  
dñs armachanus in primo  
libro de paupertate xp̄icaplo. i.  
dominia secundū q magis aut  
minus habent de auctoritate p  
pria respectu actuum sive viis  
dominiū dicūtur magis aut mis  
nus dominia vel pfecta. quare  
et c. Nec valet quod dicit: sc̄liz q  
si diuine obligationi possit suc  
cedere alia obligatio ( cum illa  
primā nō confirmaret nec intens  
deret ) quod ergo superflueret.  
Nam cōsimili modo pbaretur  
q si diuine causalitati coageret  
aliqua causa secunda q illa can  
sa secunda superflueret sicut clas  
re ptz. ¶ Ad tertā xcedo q obli  
gare aliud dicit qd efficere obli  
gationē: uno dico q stat deū ali  
quem de nono obligare. et tñ ni  
chil de nouo efficere. ideo istud  
magis est p me qd xtra. qre et c.  
¶ Uerē q ad declaratiōne con  
clusiōis mee i p̄lio pncipio meo  
posui descriptiōes horū termi  
norū. obligari et teneri. et diri q  
obligari et teneri. ad aliquiliter eē  
vñ nō eē. sive ad aliquā dispositi  
onē habēdā vñ aliq dispositi  
onē carendū. Sed teneri ē habere  
a suo supiori p̄hibitionē vñ pce  
ptū de aliquo existēte in inferio  
ris libera p̄tate. Et istaz descri  
ptionē declaratio magis patuit  
infectia xclusione p̄mi pncipiybi  
eñdi qd sit p̄ceptū et qd p̄hibitiō

## Principium.

**C**ontra hoc instat primo quod de scribere obligari per teneri est diffi nire magis bonum per minus notum. **S**cilicet arguit quod teneri non bene describitur, quod stat per deum aliquem obliget, et tamen nichil principiat, vel per hibeat. **T**ertio ad idem, quod tunc sequeretur quod creatura seipso obligare non posset, cum sibi ipsi non sit superior. **Q**uarto quod per haec descriptionem euado difficultatem de obligatione ad impossibile, de qua doctores multi multum dubitaverunt modo ponere unum mere voluntarium quid nominis sic euasuum difficultatum non probatum est irrationaliter sicut patet, ideoz. **S**ed ad ista voluntarie dicta non probata respondere breviter, unde ad pri mam et secundam instantiam, negotio antecedens, et miror quomodo ipse sic petit principium assumendo simpliciter illud quod est per bandum, ut p. 3. **A**d tertiam nego quoniam quod licet creatura non sit superior, tamen potest seipso obligare (id est aliquid facere unde sequitur ipsam esse obligatam), et habere a suo superiori prohibitionem vel preceptum de aliquo, de quo prius non habuit) sicut p. 3 de illo qui voullet paupertatem, vel virginitatem. **A**d quartam dico quod illud quid nominis est rationale, nec per ipsum euado illam difficultatem de obligatiōe ad impossibile, nisi sicut decet eam euadere, immo ex hoc quod sancti dicunt quod deus non possit obligare ad impossibile, sequitur quod illud quid nolis sit rationale, et si non placeat sibi determinare melius, et ego contenterem. **E**t hec sunt dicta contra istum

reue, magistrū et ceteris. **C**ontra ter tam et quartam propositiones argumentavit frater petrus et ceteri. Et in primo principio suo posuit istam tertiam conclusionem quod non stat creaturam rationalem peccare mortaliter, et ipsam non committere vel omittere contra legem rationis (id est recti dictaminis) nature diffiniter. Quam probat supponendo quod talis creatura habeat noticiam ultimi finis et principiorum moralium. Unde arguit sic. Nam dato quod nullum esset preceptum creature datum ad huc creatura rationalis lege rationis seu recti dictaminis naturalis indispensabiliter obligatur sub pena peccati deo honorem reddere, ei obedire, et ipsum non odire: ergo non stat creaturam peccare et cetera. **P**haenam tenet, quia quod indispensable obligat necessario obligat, stante constantia subiecti obligabilis. **S**ed antecedens probatur, quod lex naturalis est immutabilis, et indelebilis in suis principiis, que sunt bonum facere et malum fugere, ut ostendit thomas prima scilicet q. xciiij. art. vi. articulis. Unum articulo vi. allegat Augu. iij. confes. dicentem. Lex scripta est in cordibus hominum quam nulla quidem delerit iniqtas. Sed lex scripta in cordibus hominum est lex naturals, ergo lex naturalis deleri non potest, hec est ratio sancti thome ibidem. **S**ecundum confirmavit conclusionem auctoritate beati Aug. li. iij. sermonis dñi in monte. c. iij. ubi dicit. Nulla est alia (quisque per se) quod tamen ratione possit: in cuius conscientia non loquatur deus. **Q**uis enim scripsit legem naturalem in cordibus hominum

# In secūdū sententiarum.

fo. xix

**A**nisi deus rc. Ex hac excluditōe intulit tertium correlariū. vñ q̄ i possibile est creaturā rōnale obligari ad diuinum velle. et eā nō ab ligari aliquid alia lege. p̄t̄ et excluditōe. Et firmat. q̄ stat' creaturā rōnale omittere vel omittere h̄diuinum velle. et non contra dictamen rationis. ergo nō stat eam obligari ad aliquid p̄ diuinum velle quin ipsa ad illō obligetur per dictamē legis naturalis seu rationis recte. Confirmavit. quia in mente rationalis creature est p̄pue lex seu regula iuste vite. Sed regula mēti rationali intrinseca est lex naturalis ratiois. que indissolubiliter obligat creaturam talē ad nichil agendū contra conscientiam. ergo correlarium verū. Antecedēs est prima p̄s primi correlariū tertie conclusionis mee. vbi dixi sicut virtus iusticie solū est i mente rc. Oppositum huius correlariū. pbam sic. sicut prima causa quicquid agit cum causa secunda p̄t̄ agere se sola. sic p̄ma lex v̄l̄ regula rc. Ad hanc rationē dixit: q̄ inter obligare et causare effective est magna dissimilitudo et differentia q̄ nō quodlibet obligare ē agere vel actio. q̄a lex scripta obligat et tñ nichil. p̄ducit vel agit i obliktādo. ideo ad formā negatur scđa pars maioris seu antis ratione dissimilitudis q̄ est iter causare effective et obligare.

**C**Sz circa hec mīta possēdici. tñ breviter dico. q̄ ista nullo modo sunt p̄tra me. Un p̄mo cōcedo q̄ de potētia ordiata nō stat creaturā rōnale peccare vel omittere: aut omittere p̄tra dī-

tinū velle. et non p̄tra dictamē ratiois seu legis nature aut alteri legis create. et nichil pl̄ p̄bāt rōes p̄dicte: sicut p̄z itūcti. et hoc idē etiā p̄cessi et pbam in tertia excluditōe p̄mi h̄ncipij mei. Scđo nō ostātib̄ istis excedo q̄ de potētia absoluta stat creaturā rōnale peccare et omittere v̄l̄ omittere h̄diuinū velle: et nō h̄dictamē alicui legis create: et in hoc sc̄su eī excluditōe est falsa: nec sufficiēter pbata. nec r̄fūsio quam dat ad rationem meā videtur sufficere: q̄ tñuis inf obligare et causare effective sit magna dissimilitudo et differentia. tamē huius dissimilitudinis nō evanescit ratio mea. quia quo ad hoc ē simile q̄ sicut causa secunda non potest agere sine prima: sed bene p̄ma sine secunda: sic lex creata non potest obligare sine prima sed bñ dñia sine q̄ cūq̄ alia. ideo rc. Cōtra qn tā et sextā p̄positōes arguit reuerendus pater frater michael rc: et ponit excluditōe h̄dictoriā supradictis propositionibus.

Et primo pbat q̄ non om̄ne peccatum est ex missio vel omissione contra legis prohibitionē vel preceptum. Tū p̄mo q̄ aliquid ignoratio est peccatum q̄ nec est ex missio nec omissione rc. Tū scđo q̄ p̄ctm veniale et negligētie nec est ex missio v̄l̄ omissione h̄legis prohibitiōnem. Tum tertio. q̄ si om̄ne peccatum est ex missio v̄l̄ omissione contra legis prohibitionem se queretur q̄ quelibet transgressio precepti esset p̄ctm v̄l̄ imputaretur ad culpam. qd est falsū: cuz aliquid solū imputetur ad penā. CSz ad ista breviter respōdeo. vnde ad c. iij.

E  
conferē  
tia. 4.

## Principium

prīmā et scđam simul nego assū  
ptū. et pbatio sua p̄sistit in qui  
busdam diuisionibus peccati:  
et comparationibus peccatorū  
quaꝝ ipse assignat s̄ illas nego  
nec video q̄ habeant aliquā ap  
parētiā nīl equiuocando de  
istis terminis 2missio et omisſio

**S** iō rc. Ad tertiam dico: q̄ omis  
trāgressio p̄cepti p̄prie dicta q̄  
est̄tra p̄ceptum ad intētione  
p̄cipiētis est p̄ctm seu ad culpā  
imputabilis. nec oppositū ipse  
pbat. iō nichil plus dico.

**V** cūdo p̄ncipalif dicit̄ reuerendus  
pater pbat q̄ aliq̄ d̄ est ex se pec  
catū: et nō p̄cise q̄ lege phibitū.  
Et arguit p̄sio sic. quia possibi  
le ess̄ hoīem peccare nullo p̄ce  
pto sibi dato (sc̄z neglectis eter  
nis / et spiritualibus bonis) se cō  
vertēdo ad tēporalia bona. q̄a  
hoc est peccare scđm augustinū  
primo de libero arbitrio. Cum  
per hoc turbetur naturalis or  
do. quem eterna lex seruari tu  
bet: et turbari vetat. sed non mi  
nus potest hoc homo habito p  
cepto nullo sicut cum precepto  
igīz rc. Secūdo ad hoc ē aucto  
ritas beati Augustini in eodez  
libro. vbi dicit. Non sane. iō ma  
lum est adulterium. quia vetaſ  
lege. sed ideo retatur lege quia  
maluz est. Tertio ad hoc est au  
ctoritas philosophi. q̄. Ethicōz  
rū vbi ait. Non ois aut suscipit  
operatio neq; ois passio medie  
catem. Quedā em̄ 2festum nomi  
nata cōsolūta sūt cum malicia  
puta gaudiūz de malo. inuidia.  
adulterium. homicidium. hec l  
quit orfia. et que talia dicūtur  
scđm ipsa mala esse. igitur sequi

**T**ur 2tra me rc. S̄ breuiē dis

co. q̄ ista non sūt 2 me. s̄ labo  
rant in equoco. Un bñ concedo  
q̄ aliq̄ est p̄ctm nō p̄cise q̄ le  
ge phibitū: intelligēdo de lege  
scripta vel humana: et hoc nīl  
aliud pbāt auctoutates p̄dicte  
s̄tū cu hoc fiat q̄ nichil ē p̄ctm  
nīl quia lege prohibitū (id ē)  
nīl quia est contra legem eter  
nam / et volūtatem diuinam. Et  
per 2sequēs nichil est ex se pec  
catum. q̄ nichil est ex se tale qd  
nō est intrinſece tale: sed ſolum  
per denominationeꝝ extrinſecā  
Et oppoſitum huius nō pbant  
ratioes p̄dicte ſicut clare cuiili  
bet intuenti potest appere qua  
re rc. Tertio p̄ncipaliter di  
ctus reuerendus pater ostendit  
rationes meas non ſufficieꝝ.

Un quintā probationem pbaz  
ui. Primo ex prima cōcluſione p̄  
mi p̄ncipij in qua declarauit q̄  
volūtas diuina est lex p̄ma obli  
gatoria. et p consequens omne  
p̄ctm est 2missio vel omisſio 2tra  
diuine voluntatis obligationē  
Secundo probavi eam p au  
gustinū. xxij. cōtra. Ifaustū vbi  
dicit q̄ peccatum est dōctiū vlfā  
ctum vel concupitū 2tra legerū  
eternā quare rc. Sed ad hec  
respondet primo q̄ ſatis poſſet  
oſtendi q̄ neutra illarū propos  
itionum ſequitur ex cōcluſione  
rc. Sed hoc ip̄e nō oſtēdit. ideo  
rc. Scđodicit ad auctoritatē  
Augusti. q̄ illa deſcriptio quaꝝ  
ponit non eſt generalis / ſuffici  
ens deſcriptio peccati: ſed exp̄  
mit ſolum materiam circa quaꝝ  
cōtingit eſſe p̄ctm actuale rc. S̄  
hec reſpoſtio non eſt ad propo  
ſitum. quia non allegauit illam  
auctoritatē augustinī ſāq̄ difſ

B finitionem peccati. sed ut p illaz concluderem q omne peccatum est contra legis eterne seu voluntatis diuine obligationem. quare et. ¶ Tertio ad probationes sexte propositionis qn diti q nulius est peccator nisi q; prevaricator. Respōdet q sumēdo largē prevaricationē qlibet pōt dici prevaricator: q agit cōtra legē cōmunitatis loquēdo de lege. et sic cōcedit maiore et probationē. et sic intelligūf auctoritates psalmiste. Prevaricatores reputauit omnes peccatores terre. Et illa auctoritas apli ad Ro. iiij. Ubi nō est lex nec prevaricatio. Sed sumēndo proprie vel stricte prevaricationē. ille solum dicitur prevaricator qui agit contra legē cōtracte sumptam. Et sic negat maiorem. q; aliquis est peccator qui nē est prevaricator contra legem stricte sumptam. ideo dicit q; ratio non procedit. ¶ Sed illa respōsio est insufficiens. qd ipse non declarat quid ipse inteligit per legem cōmuniter sumptam. et quid per legem contrate vel stricte sumptā. vnde si p legem cōmunitet sumptā ipse intelligat indifferenter tam legem p̄mam que est voluntas diuina qd legem secundam que est lex creata. Et per legem stricte sumptam intelligat solum legē creatam: tunc cum lex prima que ē voluntas diuina ita proprie vel magis sit lex obligatoria sicut quecumq; lex creata. sequitur contra ipsum q its proprie vel magis aliquis est prevaricator legis. q; agit contra legē creatam sicut est prevaricator q agit cōtra legem incretam qd est cons

tra ipsum. quare et. Sic iūit ex omnibus predictis patet q se propositiones supradicte stant in veritate et.

¶ Incipit principium in tertis sententiis.



## Venam DC = C

ctrina hec noua. Ista questio mouebatur Marci. i. capitulo. quam alias in eiusdem libri principio / et similiter in primo sententiarum exordio per me a summam pro thēmate iteruz nunc resumo. Reuerendi patres magistri ac dñi carissimi sicut sacra testatur hystoria. bon⁹ oīm artifer rerum d̄ns qui oīa non nisi bona prodit in esse. hominem ipsum specialis prerogativa bonitatis creavit inter cetera valde bonum. eūq; ad imaginem suam factum virtutib⁹ singularis isigniuit. ¶ Sed vt de alijs raceamus quattuor specialiter virtutib⁹ videre mihi video et amicum fuisse hominem ab ipso sue creationis exordio. Dederat ei sibi d̄ns misericordiam ad conservationem. hunc siquidez misericordia custodiebat. Dederat veritatem ad eruditionem. huc veritas docebat. Dederat iusticiam ad directionem. hunc iustitia regebat. Dederat et pacem ad delectationem. hunc deniq; pars fonebat. ¶ Sed hen miser hō descendens de hierusalem in hiericho incidit in latrones. Luce. x. a quibus sua virtutibus miserabiliter spoliatus accepta perdidit mūera deitatis perdidit enim pietatē et miseri. perdidit veritatem et sapientiam. per-

c. iiiij.

# Principium.

